NICOLAUS DE LYRA
Österreich (Salzburg), 1457 Seite 168v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26859
Copyright: Admont, Benediktinerstift



testamenti quod dicitur dies Ad Rom
.13. Nox precessit dies autem appropin
quabit Non estis noctis .i. iudai
ce obscuritatis neque tenebrarum
.i. diversorum errorum gentilium Igitur non
dormiamus in peccatis sicut et ceteri
qui sunt incredulis sed vigilemus per atten
cionem mentis ad ea que sunt salu
tis et sobrii simus ex parte corporis
utentes temporalibus ad nature sus
tentacionem et bonam sensuum dis
posicionem Qui enim dormiunt
in voluptatibus et peccatis nocte
dormiunt scilicet ignorancie Nam
ignorat omnis malus secundum quod
dicit philosophus 3° Ethicorum et qui ebrii sunt
immoderate utentes bonis cor
poralibus Unde dicitur ebrius ab e quod est ex
et bria quod est mensura quasi extra mensuram
existens Nocte ebrii sunt scilicet ignorancie
racione dicta Nos autem qui diei sumus
sobrii sumus Et patet ex dictis sententia
Induite loricam fidei Sicut enim lorica
efficitur ex pluribus maculis invicem se
complectentibus sic fides integratur ex
pluribus articulis ad invicem connexis
et caritatis que est forma fidei Sicut
autem lorica protegit corpus sic fides
caritate formata protegit animam a de
monum insultibus et galeam spem
salutis Sicut enim galea munit
caput quod est superior pars corporis sic
spes superiorem partem anime ipsam ad
celestia elevando Quoniam non posuit
deus nos in iram .i. in damnacionem
eternam sed in acquisicionem salutis
.i. ut acquiramus vitam beatam ex opi
bus meritoriis per dominum nostrum etc sine

cuius adiutorio nullum opus potest esse
meritorium ut sive vigilemus corpora
liter vivendo sive dormiamus mortis
corporalis somno simul cum illo vi
vamus vita gratie que est bona in anima mor
tali propter quod consolamini invi
cem in laboribus vite presentis et edi
ficate alterutrum verbis bonis et
exemplis sicut et facitis semper proficiendo
tamen in istis Rogamus autem hic est 2a pars
in qua inducit thessalonicenses
ad hoc quod bene se habeant ad proximum et primo
ad perfectos eos honorando dicens Rogamus
autem vos fratres ut noveritis etc .i. ostendatis
per effectum vos noscere prelatos debite
eos honorando Tum racione vite Tum
racione doctrine Ideo subdit et commonet
vos Ideo sunt preceteris diligendi quanto
spiritualia corporalibus preferuntur propter opus
illorum ad vestram salutem ordinatum
pacem habete cum eis obediendo eis
humiliter et devote 2° hortatur eos
ut bene se habeant ad imperfectos dicens
Rogamus autem vos corripite caritatem
inquietos .i. girovagos et contencio
sos consolamini pusillanimes et in
tribulacionibus deficientes suscipi
te infirmos mente et corpore infir
mitates eorum quantum secundum deum potest fieri
supportando quia enim ex tali suppor
tacione insolescunt tunc eos non expe
dit supportare quia hoc esset malum
nutrire Pacientes estote ad omnes
non solum fideles sed eciam infideles
et intelligitur ista paciencia quan
tum ad actum animi interiorem
quantum autem ad actum exteriorem defenden
di se vel sua aut repetendo rem